This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Gx
9
957.5

HARVARD
UNIVERSITY
LIBRARY

Gx 9.957.5

Harvard College Library

FROM THE

CONSTANTIUS FUND

Established by Professor E. A. SOPHOCLES of Harvard University for "the purchase of Greek and Latin books (the ancient classics), or of Arabic books, or of books illustrating or explaining such Greek, Latin, or Arabic books."

Jahresbericht

über das

KARL-FRIEDRICHS-GYMNASIUM

zu

EISENACH

von Ostern 1880 bis Ostern 1881

erstattet

von

dem Direktor

Dr. Ludwig Weniger.

Voran steht eine Abhandlung des Herrn Dr. O. Schmidt, betitelt: Specimen commentarii ad Hieronem Xenophonteum.

EISENACH
Hofbuchdruckerei
1881

1881. Progr. Nr. 584.

Ex 9,957,5

Constantine Fund

SPECIMEN COMMENTARII AD HIERONEM XENOPHONTEUM

SCRIPSIT

OTTO SCHMIDT.

Xenophontis qui Hiero inscribitur dialogum in duas divisum esse partes sine magno negotio intelligent etiam qui libellum primoribus attigerint labris; altera enim enarratur quot quantaque incommoda vitae immineant regiae eaque conferuntur cum commodis voluptatibusque vitae privatae, altera docetur quomodo rex illis superatis amorem civium sibi comparare et adeo vitam agere possit tutam iucundamque. Scriptor enim ubi breviter et simpliciter exposuit qua occasione oblata haec disputatio instituta fuerit Simonidem facit ex Hierone quaerentem num quid sit discriminis inter vitam regiam et inter privatam, quantum attineat ad ea quae vel voluptatem vel molestiam afferant hominibus. Quod ubi negatum est, cum Simonides dixerit multis partibus regem maiorem per sensus percipere voluptatem et minus habere molestiarum quam privatos homines, qui quidem vitam mediocrem agant, Hiero hanc opinionem refutare studet atque diluere (I, 1—10). Ac primum quidem in iis, quae oculis cernantur, deteriorem esse regum condicionem docet: esse enim aliis in regionibus alia spectacula, ad quae privati homines accedere possint, non possint reges, quippe cum metuendum sit, ne, dum absint, simul et imperio spolientur et ulciscendi eos, a quibus laesi sint, amittant facultatem (11—13). Neque plus voluptatis reges percipere ex aurium suavi sensu: cum enim careant laudibus iucundissimis, quae ab hominibus liberis proficiscantur, alias laudes iis esse suspectas (14—15), cibos potusque quamvis exquisitos parum suavitatis afferre, cum creber usus et copia afferat fastidium (16—23), sumptuosis illis odoribus, quibus unguantur, magis familiares frui quam ipsos (24. 25), in re amatoria denique tyrannos longe inferiores esse privatis hominibus (26—38). Neque vero solum iis, quae ab sensibus proficiscantur, voluptatibus tyrannos superari a privatis hominibus, verum etiam maioribus rebus, quae maximi pretii esse videantur (II, 1—5), foris enim et domi ab hostibus et insidiatoribus obsessos omnino esse pacis expertes neque habere belli gloriam aut quae percipiantur ex bello commoda, cum non solum contra hostes, verum etiam contra suos ipsi cives bellare cogantur (6—18). Iam vero verae amicitiae commoda non pertinere ad tyrannos: saepe enim ipsorum vitae et saluti a cognatis et ab amicis qui videantur strui insidias et ut tyrannicidae poenis afficiantur tantum abesse, ut contra summis praemiis digni habeantur (III). Neque ob fortunas, quas ampliores habere videantur quam privati homines, tyrannorum condicionem esse meliorem; nam vi et iniuria eas sibi parare cogi et cum saepe vix tantas acquirere possint quantae requirantur ad sumptus necessarios, saepe fana spoliari et hominibus per vim pecuniam extorqueri oportere (IV). Quid? quod tyranni necesse habeant bonos cives metuere et tollere, malos fovere et evehere? quod cogantur, quamvis

suae utilitatis causa patriam amare debeant, tamen cives imbelles reddere iisque milites externos mercennariosque praeferre (V, 1—4), quin etiam ne benigniore quidem annonae proventu tyrannos una cum ceteris posse laetari timentes, ne ubertate rerum elati cives difficilius iugum servile patiantur (5). Atque Hiero ut demonstret quam misera tyrannorum vitae sit condicio, iucunditatem vitae, quam privatus egerit, comparat cum malis, quae ipse expertus sit, ex quo pervenerit ad regnum. Grata aequalium amicorumque consuetudine, qua privatus homo frui potuerit, dicit se esse spoliatum et quos antea amore amplexus sit, eos pariter atque ceteros sibi esse metuendos, itaque cum dies noctesque vexetur timore, qui omnia gaudia turbet, non aliam esse suam condicionem, quam quae sit eorum, qui in bello adversus hostes constiterint. Ac ne custodibus quidem, qui praemiis propositis facile possint perduci, ut domino vim inferant, confidere posse tyrannum, neque omnium maxime iuvare amicos et profligare adversarios (VI); quin etiam vero et grato honore carere tyrannos, qui habeatur a benevolis, sed participes esse simulati, qui exprimatur ab invitis et metuentibus (VII, 1—10). Tum Hiero Simonidi miranti cur, si tam aerumnosa sit tyranni condicio, tanto malo se non liberet respondet istud malum hac ipsa in parte miserrimum esse, quod tyrannus impune tyrannide se abdicare non possit neque quidquam ei expedire, quam ut laqueo finiat vitam (11—13).

Ita cum Hiero tristissimis verbis quot quantisque malis tyrannorum vita afficiatur docuerit, iam Simonides ostendere studet tyrannidem non solum incommoda habere, sed etiam magna emolumenta: tyrannos facilius quam privatos viros aliorum sibi conciliare posse amorem benevolentiamque, quod et gratiora a tyranno proficiscantur omnia benevolentiae signa et longe plura beneficia praestari possint quam a privato (VIII, 1—7). Atque cum Hiero moneat tyranno, ut regiae maiestatis officia praestet, plura negotia esse obeunda, quae odium pariant (8—10), Simonides suadet, ut ea negotia, quae grata sint, ipse administret, quae autem facile offendant, per alios gerenda curet (IX). Invidiam mercennariorum militum facile posse vitari, si non solum ad tyranni corporis custodiam alantur, sed etiam ad salutem civium tuendam (X). Denique necesse esse tyrannum non recusare boni publici causa de suis quoque facultatibus sumptus facere, ut et urbem omni modo exornet et civitatem reddat quam beatissimam. Quod si fecerit, facile fore, ut civium amorem ita sibi conciliet, ut omnes commodis tyranni gaudeant, omnes pro bonis eius tamquam pro suis dimicent, omnes, quae apud amicos sint opes, eas illius esse iudicent. Itaque amicos locupletare ne dubitet, cum semet ipsum hoc modo ditaturus sit: rempublicam augeat, cum sibimet ipsi potentiam sit adiuncturus: comparet reipublicae belli socios, patriam existimet domum esse, cives socios, amicos liberos, liberos nihil aliud quam ipsius animum. Atque hos omnes beneficiis superare contendat. Nam si amicos beneficiis vicerit, resistere illi hostes non posse. Denique si illa omnia praestiterit, illum longe humanis in rebus praeclarissimum felicissimumque consecuturum, ut, tametsi beatus sit, invidiam tamen non experiatur (XI).

Quoniam de libelli argumento diximus, exponendum iam videtur quid viri docti senserint de forma dialogi, de fide et auctoritate, de consilio, quod in conscribendo libello auctor secutus sit, de tempore, quo conscriptus videatur.

Atque primum quidem formam dialogi Kappeyne van de Coppello (observationes in Xenophontis dialogum Hieronem, Lugd. Batav. 1841 p. 18—23) putat proxime accedere ad genus, quod dicatur Aristotelicum, cuius hoc proprium sit coll. Basilio Magno (Epist. CLXVII Tom. Opp. III p. 187 C), ut ipsum statim argumentum aggrediantur disputantes, ut non illa Socratica interrogandi respondendi, quaerendi dubitandi consuetudine, sed unius, penes quem sit principatus quidam, praecipue continua oratione, praemissa fortasse aliarum de eodem loco sententiarum men-

tione, res absolvatur (secundum Cic. Tuscul. I, 10, 21), et ut de singulis rebus in utramque partem dicendi exercitatio instituatur (secundum Cic. de fin. V, 4, 10). Sed cum in hoc libro primum non plures, sed duo tantum viri sermonem instituant, deinde non apud unum, sed apud duos, quamquam vicissim, principatus dicendi sit, non denique philosophica quadam ratione disputatio conseratur et conficiatur, sed potius familiaris cuiusdam sermonis colorem habeat, Breitenbachius (praef. p. XI, 59) iudicat Aristotelici dialogi appellationem huic libello parum aptam esse, praesertim cum Aristotelis docendi aut disserendi rationem Xenophon novisse non potuerit. Idem vir doctissimus formam Socraticam negat a scriptore dialogo adhibitam esse et ostendere studet cur in dialogo de tyrannide habendo Socratis personae, cui in ceteris Xenophontis libris, qui ex sermonibus constant, primas disputationis partes tributas videmus, locus non fuerit. Sic enim argumentatur: „Mala tyrannidis explicari a nullo poterant melius quam ab eo, qui ipse hac infelicissima condicione functus esset. Hanc ob causam cum Hieronem statuisset de re proposita disserentem facere, tyrannum illo tempore potentissimum et eruditissimum atque etiamtunc hominum memoria celebratissimum, Socrati ullas huius disputationis partes mandare in mentem venire Xenophonti non poterat. Nam praeceptoris sui veneratissimi tradere nolebat verba, nisi quae loquentem illum ipse audivisset. Immo fingere Socratis cum Hierone aut alio tyranno sermonem, si voluisset, nec temporis nec loci ratio permittebat. Ut autem non personam Socratis, sic nec formam Socraticam dialogo adhibuit auctor. Instituit potius singulare quoddam sermonis genus, quod consilio libri quam maxime responderet. Cum enim duo essent quae explicanda sibi sumpserat Xenophon, non uni (ut est in Socraticis sermonibus) primas in disputando partes dedit, sed duobus et alternis quidem. Primum Hiero suam sententiam evincit tyranni vitam esse miserandam et privati condicione longe inferiorem, quibus concessis deinde Simonides tyrannide uti licere in salutem tyranni et civium demonstrat, ita tamen, ut dialogus procedat semper et ad finem denique perducatur."

De fide et auctoritate libelli aliis temporibus alio modo iudicatum est. Namque aut fallor aut omnes antiqui eum a Xenophonte compositum esse tradunt, ut Athenaeus III 121 D, IV 144 C, 171 E, Diogenes Laertius in vita Xenoph. XIII, Stobaeus ed. Mein. II, 241 et 291. Sed cum nostris quoque temporibus Frotscheri, Hanovii, Sauppii, Breitenbachii librum ab eo, ad quem refertur, conscriptum esse putaverint, etiam exstiterunt, qui si librum Xenophontis esse non negaverint, at tamen fidem et auctoritatem eius in dubium vocaverint, ut Caspersius in libro Richlinghusiano de Apologia scripto (1836) p. 8 et F. Rankius, qui in commentatione de Xenophontis vita et scriptis (Berolini 1851) p. 25 de Hierone dialogo hoc dicit: „In hoc libro licet multa Xenophontea inveniri concedam, tamen eum ab illo re vera scriptum esse affirmare non audeo." Longe aliter sentit Adolf Nicolai (Ueber Xenophons Hiero, Dessau 1870. S. 7 sq.), cuius disputationem, cum multa eaque gravia afferat argumenta, quibus librum Xenophonti non abiudicandum esse demonstrari mihi videtur, a viris doctis prorsus neglectam esse ex animi sententia aegre atque acerbe fero. Denique nuperrime I. Sitzlerus (in libro Progymnasii, quod est Episcopii a. T. 1874) „argumentis desumptis et ex genere scriptorum, quorum in numero Hiero est, et ex personis, quae partes dialogi agunt, et ex oratione, qua auctor utitur, et ex rebus, quae hoc libro tractantur, et ex tempore ac consilio, quo liber conscriptus sit, Xenophontem huius libelli auctorem non esse" demonstrare studuit. Quod num ei contigerit, dubitat W. Nitsche („Bericht über die 1874—1877 veröffentlichten auf Xenophon bezüglichen Arbeiten" in den Jahresberichten über die Fortschritte der classischen Alterthumswissenschaft v. C. Bursian. Berlin 1879. Bd. 9 p. 25—28).

Quod attinet ad consilium, quo in conscribendo libello scriptor usus sit, Frotscherus (praef. p. 6.) putat ex hoc quoque libro perspici posse quantopere Xenophon probaverit atque amaverit eam civitatis formam, in qua summum imperium penes unum sit. „Atque vix posse dubitari, quin hoc maxime voluerit efficere aequabilius atque constantius sese res humanas habere neque aliud alio ferri neque mutari omnia ac misceri, si civitatibus regium sit legitimumque imperium, quam si ad imperitae multitudinis libidinem aut ad multorum dominatorum superbiam res regantur.“ In eadem fere cum Frotschero sententia sunt Engel (Progr. Stargard 1853 p. 13) et Sauppius (praef. ed. Tauchn. vol. V p. 103), qui iudicat Xenophontem non solum regiam dignitatem praedicare et Graecis commendare, verum etiam, ut redeundi sibi in patriam potestatem pararet, quae falso de se suaque de imperio penes unum constituto sententia divulgata essent, refellere voluisse. Coppello (praef. p. XI) Xenophontem putat conscripsisse dialogum Hieronem, non ut commendaret tyrannidem, sed ut ostenderet quem ad modum uti illa deceret, si quidem tyrannus amorem civium suorum sibi conciliare ac sine invidia vitam felicem agere vellet. Atque Breitenbachius (praef. p. X) id sequitur, quod protulit Ferdin. Delbrückius in libro, qui inscribitur Xenophon: zur Rettung seiner durch B. G. Niebuhr gefährdeten Ehre, (Bonn 1829 p. 93); qui opinatur Xenophontem rebus, quae tum in Thessalia agebantur, adductum esse, ut et accuratius de tyrannide consideraret et demonstraret quid faciendum esset tyranno, ut civitatem occupatam redderet quam felicissimam. (Vide Nicolai p. 12 sq.) Sitzlerus denique, qui sibi persuadere non potest Xenophontem bis, et in Cyropaedia et in hoc libello, de eadem re verba fecisse, existimat (p. 30), si quidem Xenophon auctor sit — id quod ei non verisimile videtur — libellum missum esse ad iuvenem quendam tyrannum (cf. Nicolai p. 13. 14), qui nondum tyrannidis neque incommoda expertus neque munerum peritus, ut plurimi homines, optime de ea sensisset. Quem ut de tyrannidis natura edoceret, scriptorem Hieronis, summi tyranni, persona usum exposuisse quot quantaque tyrannidis mala essent et demonstravisse qua ratione tyrannus condicionem et suam et civium beatam et felicem reddere posset.

Denique ut nescimus quo loco dialogus compositus sit, ita de tempore, quo concriptus sit, nihil certi potest constitui. Hoc autem constare videtur errare et Letronnium (Biogr. univ. 51, 372 sq.) librum ante expeditionem Cyri, annis fere 404—401, conscriptum esse existimantem, et Sauppium (praef. p. 104) fuisse certe Hieronem si non primum, at unum e primis ingenii Xenophontei documentis iudicantem (cf. Nicolai p. 16).

Diversa igitur et inter se repugnantia sunt virorum doctorum de Hierone dialogo iudicia neque potest negari non pauca in illo libro offendere atque afferre dubitationem num Xenophon libelli scriptor sit. Cum autem spero postea fortasse opportunitatem mihi fore copiosius de illa re disputandi, nunc satis habeo pauca protulisse, quae haud scio an pertineant ad libellum intelligendum.

Lectores autem monitos velim me secutum esse contextum verborum, quem constituit Ludovicus Dindorfius in editione secunda emendatiore Lipsiae MDCCCLXXVI.

Cap. I.

§. 1. *Σιμωνίδης*] Ceus, Leoprepis filius, Ol. LVI, 1 (a Chr. 556) natus, poeta lyricus cum aeque insignis esset et elegantia doctrinae et humanitate consuetudinis, familiaritate usus est Hipparchi eoque interempto Aleuadarum et Scopadarum, Thessaliae tyrannorum. Apud Thessalos artem memoriae (*τὸ μνημικόν*) primus creditur protulisse, de qua re vide Quintil. instit. orat. XI, 2, 11. Athenas reversus Ol. LXXII, 4 (a Chr. 489) elegiaco carmine, quod composuit in honorem eorum, qui in agro Marathonio occubuerant, superavit Aeschylum et victoriis navalibus Artemisia et Salaminia ad coelum elatis consuetudine usus est Themistoclis. Post pugnam Plataeensem biennium fere apud Pausaniam versatus Ol. LXXV, 3 vel 4 (a Chr. 478 vel 477) octogesimo aetatis anno invitatus ab Hierone tyranno Syracusas se contulit, ubi Ol. LXXVIII, 1. (a Chr. 468) diem supremum obiit. Neque vero solum inclaruit carminibus, hymnis, paeanibus, partheniis, dithyrambis et maxime cantibus lugubribus, quos *θρηνούς* Graeci dicunt (Hor. carm. II, 1, 38), verum etiam facete dictis et sermonibus. (Plat. ep. II, 311 A. Plut. Apophthegm. reg. 185 D. Idem de adul. 49 C. 65 B. Synes. ep. 49 p. 187. Cicero de nat. deor. I, 22, 60). A Platone dicitur *σοφὸς καὶ θεῖος ἀνήρ* et a Cicerone non poeta solum suavis, sed etiam ceteroqui doctus sapiensque et ab eodem (de senect. VII, 23) inter eos poetas refertur, quos non coegerit in suis studiis obmutescere senectus.

Ἱέρωνα. Hiero, Dinomenis filius, Ol. LXXII, 3 (a. Chr. 490) a Gelone fratre Gelam urbem, quam ille expugnaverat, regendam accepit. Cum vero mors immineret Geloni, Syracusarum imperium non Hieroni soli administrandum commisit, sed Demaretam uxorem, Theronis Agrigentini filiam, et praefecturam exercitus transtulit ad iuniorem fratrem Polyzelum. Huic vero, qui clarus esset ac conspicuus in Sicilia, invidit Hiero atque bellum, quod gerebatur cum Sybaritis, sumens obtentui Gelone mortuo removit eum a patria et Thrasydaeo, Himerae tyranno, ad quem confugerat Polyzelus, bellum intulit. Quod bellum neque malum habuit eventum neque ad finem perductum est, nam Simonides poeta tum forte praesens fratres in gratiam reduxit. Postea solus Syracusarum imperium suscepit, quod etiam Naxo, Catana, Leontinis tyrannidi suae adiectis usque ad mortem Ol. LXXVIII, 3 (a. Chr. 466) non sine magna gloria obtinuit. De huius viri moribus et ingenio mirum est quam diversa sint veterum Graecorum, qui de eo mentionem fecerunt, iudicia. (Diod. Sic. XI, 67. Pindar. Ol. I. Pyth. I. II. III. Aristot. Polit. V, 9, 3. Aelian. var. hist. IV, 15). Sed cum eodem amore, quo Gelo frater et plerique illius aetatis tyranni, artes literasque coleret, factum est, ut apud eum viverent poetae literarum atque ingenii laude florentissimi Pindarus, Bacchylides, Xenophanes, Aeschylus, Simonides.

Ἆρ' ἄν μοι ἐθελήσαις . . διηγήσασθαι;] vellesne mihi exponere? Optativum coniuncta vocula *ἄν* in interrogatione positum ab Atticis pro imperativo adhiberi constat. Item Conv. VII. 1: *ἆρα . . νῦν ἂν μάλιστα καὶ ἅμα ᾄσαιμεν;* Non multum differt optativus cum *ἄν* sine interrogatione positus. Anab. III, 2, 17: *λέγοις ἂν ἃ δεῖ λέγειν.* Plat. Phaedr. p. 227 C: *λέγοις ἄν.* 229 B: *προάγοις ἄν.* Futurum autem coniuncta negatione *οὐ* habet vim iubendi et imperandi cum quadam indignatione. Conv. III, 12: *οὐκοῦν καὶ σὺ λέξεις;* Plat. Conv. 175 A: *οὐ σκέψει, ἔφη, παῖ, φάναι τὸν Ἀγάθωνα;* 201 E: *καὶ ἤ, οὐκ εὐφημήσεις; ἔφη.* —

ἔφη ὁ Ἱέρων] Vulgaris loquendi usus, cui tamen repugnant multa exempla. Memor. I, 2, 9: *ὁ κατήγορος ἔφη.* II, 1, 18: *ὁ Σωκράτης ἔφη.* Plat. Prot. 317 D: *ὁ Καλλίας ἔφη.* Ceterum ne

Latinos quidem scriptores ab hac ratione abhorruisse satis constat. Cic. de orat. I, 33, 149: Crassus inquit. II, 8, 31: Catulus inquit. Saepenumero ἔφη a nomine suo divellitur interiecto aliquo vocabulo. Plat. Phaed. 78 E. οὕτως αὐ, ἔφη, ταῦτα, ὁ Κέβης. Conv. 175 E: ὑβριστὴς εἶ, ἔφη, ὦ Σώκρατες, ὁ Ἀγάθων.

ὁποῖα δὴ ἐγὼ βέλτιον ἂν εἰδείην σοῦ] quae quidem, uti constat inter omnes, rectius ego noverim quam tu. δή particula vocabulo relativo adiuncta pondus addit verbo, quod per se spectatum parvi momenti est. XI, 8: οὐ δὴ σὺ ἐπιθυμῶν τυγχάνεις. Memor. II, 1, 21: ὅπερ δὴ καὶ πλείστοις ἐπιδείκνυται.

οὕτως ὄντος σοφοῦ ἀνδρός]. Hyperbaton est in οὕτως; collocandum nempe erat ante σοφοῦ. Vide § 26: πολὺ δὲ καὶ αἱ θεραπεῖαι αἱ ἀπὸ τῶν μέγιστον φρονουσῶν εὐφραίνουσι μάλιστα. Ita solent μάλα, πάνυ, λίαν, πολύ, alia seiungi a nomine, ad quod pertinent, cuius generis exempla cumulaverunt Bornemann ad Conviv. I, 4 p. 46, Poppo ad. Cyr. I, 6, 39. Postponitur οὕτως suae voci simul alia inserta Hellen. VI, 1, 15: ὃς φρόνιμος μὲν οὕτω στρατηγός ἐστιν. Neque sine exemplo est πολύ comparativo suo postpositum. Cyr. I, 6, 21: ἐπὶ δὲ τὸ κρεῖσσον τούτου πολύ, τὸ ἑκόντας πείθεσθαι, ἄλλη (ὁδὸς) ἐστι συντομωτέρα.

§ 2. οἶδά σε, ἔφη, ἐγώ] σέ cum urbanitate quadam voculae ἐγώ praemissum est.

πῇ διαφέρει]. Saepe rectae interrogandi formae etiam in obliqua oratione admittuntur, ac fieri quidem id videtur cum aliqua orationis vi. Memorabilior locus est Memor. IV, 4, 13, ubi utraque forma eadem vi dicta est: οὐ γὰρ αἰσθάνομαί σου, ὁποῖον νόμιμον ἢ ποῖον δίκαιον λέγεις. Minus rara sunt obliquae interrogationis exempla, in quibus primum rectae, deinde obliquae formae inveniuntur. Vid. Sauppe ad Memor. I, 2, 36.

εἰς εὐφροσύνας] quod attinet ad voluptates. Oec. XVIII, 1: εἰς τοῦτο. II, 4: εἰς... τὸ σὸν σχῆμα. Anab. I, 9, 16: εἴς γε μὴν δικαιοσύνην εἴ τις αὐτῷ φανερὸς γένοιτο ἐπιδείκνυσθαι βουλόμενος. II, 6, 30: οὔτ' εἰς φιλίαν αὐτοὺς ἐμέμφετο. De praepositione εἰς vid. Heindorf ad Plat. Lys. 209 E. Aliae praepositiones eodem modo usurpantur. Cyr. I, 6, 15: καὶ περὶ μὲν τροφῆς ἐπείσθην ἱκανὸν εἶναι ὑπάρχον. Demosth. de falsa leg. p. 343: ἀλλὰ μὴν ὑπέρ γε τοῦ προῖκα ἢ μή, τὸ μὲν ἐκ τούτων λαμβάνειν, ἐξ ὧν ἡ πόλις βλάπτεται, παντες οἶδ' ὅτι φήσαιτ' ἂν εἶναι δεινὸν καὶ πολλῆς ὀργῆς ἄξιον. Latini sic usurpant praepositionem de: Cicero ad famil. II, 17: de rationibus referendis non erat incommodum te nullam referre. III, 12: de me autem suscipe paulisper meas partes et eum te esse finge, qui sum ego.

ἀνθρώποις.] Dativus ethicus. Articulus apud ἄνθρωπος substantivum omitti solet, si de genere in universum sermo est. Vid. Bornem. ad Cyr. I, 2, 7. Erasmus vertit: „quid discriminis sit inter vitam regiam et inter privatam, quantum attinet ad ea, quae vel voluptatem vel molestiam afferunt hominibus."

§ 3. τί οὖν οὐχὶ καὶ σὺ . . . ὑπέμνησας;] cf. Memor. IV, 6, 14: τί οὖν οὐκ ἐκεῖνο πρῶτον ἐπεσκεψάμεθα, τί ἐστιν ἔργον ἀγαθοῦ πολίτου; Plat. Prot. 317 D: τί οὖν οὐ Πρόδικον ἐκαλέσαμεν; Haec interrogatio alacritatem quandam et aviditatem sciendi indicat, fere ut Latinorum quin aut quin igitur cum indicativo praesentis. Cic. ad fam. VII, 8: quin tu urges occasionem istam? Cic. pro Rab. 6: quin continetis vocem, indicem stultitiae vestrae? Sall. Cat. XX, 14: quin igitur expergiscimini? Usum hunc exemplis illustravit Schneiderus ad Memor. III, 11, 15: τί οὖν οὐ σύ μοι ἐγένου συνθηραστὴς τῶν φίλων; Rarior in hac formula est usus temporis praesentis. Memor. III, 1, 10: τί οὖν οὐ σκοποῦμεν; Plat. Protag. 310 E: τί οὐ βαδίζομεν παρ' αὐτόν; Rarissime usurpatur futurum. Eur. Hippol. 1060: ὦ θεοί, τί δῆτα τοὐμὸν οὐ λύσω στόμα;

ὑπέμνησάς με τὰ ἐν τῷ ἰδιωτικῷ βίῳ] cf. Hell. II, 3, 30: ἀναμνήσω ὑμᾶς τὰ τούτῳ

πεπραγμένα. Anab. III, 2, 11: *ἀναμνήσω ὑμᾶς καὶ τοὺς τῶν προγόνων τῶν ἡμετέρων κινδύνους. Τὰ ἐν τῷ ἰδιωτικῷ βίῳ* sunt „commoda et incommoda, voluptates et molestiae, quae accidunt homini privato.“ Fr. Portus.

οὕτω] referendum est ad praecedentia hoc sensu: si hoc feceris, si mihi in mentem revocaveris. Anab. I, 1, 10: *αἰτεῖ αὐτὸν εἰς δισχιλίους ξένους καὶ τριῶν μηνῶν μισθόν, ὡς οὕτω περιγενόμενος ἂν τῶν οἴκοι ἀντιστασιωτῶν.* VI, 1, 20: *ὁ δὲ Ξενοφῶν τῇ μὲν ἐβούλετο ταῦτα (sc. ὑποστῆναι τὴν ἀρχήν) νομίζων καὶ τὴν τιμὴν οὕτως ἑαυτῷ γίγνεσθαι.* Memor. I, 2, 59: *Σωκράτης δ' οὐ ταῦτ' ἔλεγε, καὶ γὰρ ἑαυτὸν οὕτω* (i. e. *εἰ ταῦτ' ἔλεγε*) *γ' ἂν ᾤετο δεῖν παίεσθαι.* Condicionalem esse nexum inter *οὕτω* et *δύνασθαι δηλοῦν* inde apparet, quod *ἂν* particula, quae pertinet ad *δύνασθαι*, subiungitur voculis *οὕτω γάρ.*

§ 4. *οὕτω δὴ Σ. εἶπε.*] Ut rara sunt exempla, in quibus pronomina *ὅδε, τοιόσδε,* adverbium *ὧδε* ad antecedentia referuntur, ita crebra sunt exempla, in quibus *οὗτος, οὕτω, τοιοῦτος, τοσοῦτος* pertinent ad sequentia. Cyr. III, 2, 22: *οὕτωσὶ τοίνυν, ἔφη, ἐγὼ ποιήσω· οὐδετέροις ὑμῶν τὰ ἄκρα παραδώσω.* Vide Kühner ad Memor. I, 2, 3.

τοὺς μὲν δὴ ἰδιώτας]. Verba, in quibus praecipua vis enuntiationis continetur, initio posita sunt, ut § 6: *τῷ δ' ὕπνῳ.* — *μὲν δή* particulae usitatae sunt una re absoluta in transitione ad alteram. Simonides enim expositurus est reges maiorem per sensus percipere voluptatem quam privatos homines; fit igitur his particulis transitus ad rem ipsam, quae oratione Hieronis praeparata est. Vide § 16: *τοῦτο μὲν δὴ . . . . πάνυ συγχωρῶ . . . ἀλλ' ὁρᾷς κτλ.* Anab. II, 6, 28: *καὶ τὰ μὲν δὴ ἀφανῆ ἔξεστι περὶ αὐτοῦ ψεύδεσθαι, ἃ δὲ πάντες ἴσασι τάδ' ἐστί.* Hell. VI, 5, 16: *καὶ οἱ μὲν δὴ Ἀρκάδες ὁμοῦ ἤδη ἐγεγένηντο.*

δοκῶ μοι καταμεμαθηκέναι]. Verba cum urbanitate quadam ita dicta sunt, ut idem valeant quod *καταμεμάθηκα,* quem usum verbi *δοκεῖν* exemplis illustraverunt Berglerus ad Aristoph. Plut. 422, Ruhnken ad Tim. p. 281.

διὰ μὲν τῶν ὀφθαλμῶν]. De usu sensuum vid. Memor. I, 4, 5. —

τὰ δὲ ἀφροδίσια δι' ὧν πάντες ἐπιστάμεθα.] Notanda est elegans illa membrorum collocatio, qui chiasmus vocitari solet. Vulgaris ordo verborum erat: *δι' ὧν δὴ πάντες ἐπιστάμεθα, ἀφροδισίοις.* Cum autem Simonides aperte dicere nolit quid efficiat hominibus voluptatem amatoriam, superiore relicta structura verba *τὰ δὲ ἀφροδίσια* praemittit. Hic accusativus pendet a verbo generali (h. l. *αἰσθάνεσθαι*) intelligendo ex verbis specialibus, quae antecedunt (*ἡδομένους τε καὶ ἀχθομένους.* — *δι' ὧν = διὰ τούτων, ἅ.*)

§ 5. *ὅλῳ τῷ σώματι.*] Tactus toto corpore aequabiliter fusus est, ut omnes ictus omnesque minimos et frigoris et caloris appulsus sentire possimus. Cic. de nat. deor. II, 56, 141.

μοι δοκοῦμεν.] Thom. Mag. p. 246: *ὥσπερ λέγομεν δοκῶ μοι, οὕτω καὶ μοὶ δοκοῦμεν ἐπὶ πληθυντικοῦ.*

ἐπ' αὐτοῖς.] Haud raro fit, ut scriptores Graeci et Latini ad finem vel perspicuitatis causa vel ob maiorem vim antecedentis nominis notionem subsequenti pronomine demonstrativo repetant. Secundum constructionem enuntiationis antecedentis exspectamus: *τοῖς δὲ ψύχεσι καὶ θάλπεσι καὶ σκληροῖς καὶ μαλακοῖς . . . δοκοῦμεν ἥδεσθαί τε καὶ λυπεῖσθαι, κρίνοντες (αὐτὰ) ὅλῳ τῷ σώματι.*

δι' αὐτῆς τῆς ψυχῆς] sola anima a corporis communione seiuncta. Oec. VII. 3: *τά γε ἐν τῇ οἰκίᾳ αὐτὴ ἡ γυνή ἐστιν ἱκανὴ διοικεῖν.* Memor. III, 14, 3: *ἐάν τις ἄνευ τοῦ σίτου τὸ ὄψον αὐτὸ ἐσθίῃ.* Cyr. VIII, 4, 2: *ὁπότε δὲ αὐτοὶ εἶεν, καὶ συνεδείπνει.* De re eq. V, 10: *ἀρκεῖ δὲ*

καὶ ἡ τῶν σκελῶν ψῆξις αὐταῖς ταῖς χερσὶ (solis manibus) *γιγνομένη. αὐτὸς* eandem fere habere vim atque *μόνος* non mirabitur, qui oppositionem utriusque vocabuli reputaverit Od. XXIII, 332: *ἀπὸ δ' ἔφθιθεν ἐσθλοὶ ἑταῖροι πάντες ὁμῶς, αὐτὸς δὲ κακὰς ὑπὸ κῆρας ἄλυξεν.* Vid. Hermann ad Vig. p. 733, Stallb. ad Plat. Hipp. min. p. 363 A. Nonnumquam utraque vox coniungitur, praesertim cum vim quandam sententia habeat. Memor. III, 2, 2: *εἰ μόνος αὐτὸς εὖ ἀγωνίζοιτο πρὸς τοὺς πολεμίους.*

§ 6. *τῷ δὲ ὕπνῳ.*] Non aliter ac paulo supra *τὰ δὲ ψύχη κτλ.* cum vi quadam initio positum. Vide ad § 4: *τοὺς μὲν δὴ ἰδιώτας.*

ὅπως.] De modo, quo somnus oriatur, veterum sententiae erant inter se discrepantes. Alcmaeon quidem putabat fieri somnum sanguinis recessu in venas; Empedocles caloris refrigeratione modica; Aristoteles vaporibus ex thorace caput petentibus et calore cordis se remittente. Zeunius.

μᾶλλόν πως δοκῶ μοι ἀγνοεῖν] magis ignorare mihi videor, quam scire. Scio quidem me voluptatem ex somno capere, sed nescio quo modo, corpore an animo an utroque (*ᾧτινι*) et quando (*ὁπότε*) i. e. obdormiscens an dormiens.

καὶ οὐδέν] neque vero.

θαυμαστόν, εἰ.] Nonnulla verba animi affectuum admirationem, metum, pudorem designantia sequitur particula *εἰ*, ubi e nostri sermonis ratione exspectaveris *ὅτι*. Quo pertinent verba *θαυμάζειν, ἀγανακτεῖν, ἐκπλήττεσθαι, αἰσχύνεσθαι,* alia. Vide Kühner, ausführl. Gr. d. gr. Spr. § 551, Viger. p. 504.

τὰ ἐν τῷ ἐγρηγορέναι] quae vigilantibus nobis accidunt. Kühner l. l. § 479, 2.

§. 7. *ἐγὼ μέν*] ego quidem, ego sane haud possim dicere, subaudiendum est: de aliis vero mihi idem non constat. Infra VII, 4: *ἐμοὶ μὲν εἰκότως δοκεῖτε.* Conviv. II, 20: *Ὦ Σώκρατες, ἐμὲ μὲν παρακάλει,* ubi intelligendum est *ἄλλον δὲ μή.* Cyr. II, 2, 10: *ἐγὼ μὲν οὐκ οἶδα.* IV, 2, 45, VI, 1, 10, Oecon. IV, 17: *Κῦρος μὲν τοίνυν . . . ἐπηγάλλετο οὐδὲν ἧττον.* De *μέν*, quod dicitur solitarium, vide Kühner l. l. § 531, 2.

τοίνυν] inservit transitioni: nonnunquam usurpatur, cum quis alterius orationem celeriter et alacriter excipit eique prompto animo respondet. Vide Kühner ad Memor. I, 2, 34.

ἔξω τούτων ὧν εἴρηκας]. Attractionis forma, qua pronomen relativum non in accusativo, quem casum verbum flagitat, sed in genitivo aut dativo ponitur, prout nomen, ad quod pertinet, in illo aut hoc casu legitur. Oecon. II, 1: *οὐκ ἄν μοι δοκῶ ὑπό γε τούτων ὧν σὺ δεσποινῶν καλεῖς κωλύεσθαι.* Memor. II, 1, 10: *τῶν ἐθνῶν ὧν ἡμεῖς ἴσμεν.* Cyr. I, 4, 8: *πάντων ἐπιλαθόμενος ὧν ἤκουσεν.* Anab. I, 3, 17: *φοβοίμην δ' ἂν τῷ ἡγεμόνι ᾧ δοίη ἕπεσθαι.* Resp. Athen. III, 1: *τούτῳ τῷ τρόπῳ χρώμενοι ᾧ ἐγὼ ἐπέδειξα.*

ἀπεκρίνατο — ἔφη.] Usitatum est praegresso verbo dicendi et scribendi *φησί, φασί, ἔφη* cursui orationis rectae interponi. Memor. I, 6, 4: *Καὶ ὁ Σωκράτης πρὸς ταῦτα εἶπε· δοκεῖς μοι, ἔφη, ὦ Ἀντιφῶν, ὑπειληφέναι.* Quorum vocabulorum repetitionem liberrimam fuisse prae aliis docet exemplis Oecon. XVII, 10: *Καὶ ὁ Ἰσχόμαχος γελάσας εἶπεν, Ἀλλὰ παίζεις μὲν σύ γε, ἔφη, ὦ Σώκρατες· εὖ γε μέντοι, ἔφη, ἴσθι κτλ.* Vide Bornem. ad Conviv. I, 15. Apud Latinos eadem dicendi ratio valet. Nepos Hann. II, 3: Cum multa de fide sua et odio in Romanos commemorasset, hoc adiunxit: Pater meus, inquit, Hamilcar etc. Suet. Caes. 32: Tunc Caesar, Eatur, inquit, quo deorum ostenta et inimicorum iniquitas vocat. Iacta alea est, inquit.

σύγε] quas tu quidem dixisti; nam alii fortasse alias privatorum hominum afferre possunt

voluptates. Cyr. IV, 1, 19: *ἀλλὰ σύ γε μηδένα ἀναγκάσῃς.* Memor. I, 2, 27: *ἀλλ' οἵ γε πατέρες,* at parentes certe, ubi Kühner.

οὐκ οἶδ' εἰ.] Ita in dubio ponit, quod pro certo affirmare poterat: qua ratione Graeci saepe pro urbanitate sua loquuntur. Latini dicunt haud scio an non: quam loquendi diversitatem attendit Heindorfius ad Plat. Gorg. 458 D. ibique Stallb. Memor. I, 3, 5: *ὥστ' οὐκ οἶδ' εἴ τις οὕτως ἂν ὀλίγα ἐργάζοιτο* = ut haud sciam an nemo tam pauca sibi paret, ibique Saupp.

§ 8. *ἀλλ'*] referendum est ad negationem, quae in antecedenti enuntiatione est; facile enim opposita enuntiatio ex antecedentibus elici potest: nulla re vita tyrannorum differt a vita privatorum hominum. At vero in his ipsis regiae vitae discrimen est.

διαφέρει· πολλαπλάσια — εὐφραίνεται.] Solent eae sententiae, quae aliis subiciuntur explicationis causa, ita addi, ut particularum et coniunctionum vincula omittantur; quod genus loquendi dici non potest quam late pateat. Anab. III, 2, 19: *πολὺ μᾶλλον ὅτου ἂν βουλώμεθα τευξόμεθα. ἑνὶ μόνῳ προέχουσιν οἱ ἱππεῖς ἡμᾶς.* V, 8, 8: *οἷον δὲ τὸ πρᾶγμα ἐγένετο, ἀκούσατε. καὶ γὰρ ἄξιον. ἀνὴρ ἐλείπετο διὰ τὸ μηκέτι δύνασθαι πορεύεσθαι.* Cyr. III, 3, 26: *ὅπερ καὶ νῦν ἔτι ποιοῦσιν οἱ βάρβαροι βασιλεῖς· ὅπου ἂν στρατοπεδεύωνται, τάφρον περιβάλλονται εὐπετῶς διὰ τὴν πολυχειρίαν.* Conviv. VIII, 5: *ἀεὶ τοιαῦτα ποιεῖς· τοτὲ μὲν τὸ δαιμόνιον προφασιζόμενος οὐ διαλέγει μοι, τοτὲ δ' ἄλλου του ἐφιέμενος.* Neque Latini scriptores ab hac ratione abhorrent. Cic. de am. V, 18: ne id quidem facient: negabunt id nisi sapienti posse concedi. — *πολλαπλάσια εὐφραίνεται* i. e. *πολλαπλασίας εὐφροσύνας εὐφραίνεται.* Cyr. VIII, 3, 41: *πολλαπλάσια εὐφραίνει.* Cyr. II, 1, 26: *μεγάλα ὠφελεῖσθαι.* Infra II, 2: *μεγάλα ἐπινοεῖτε.*

μείω πολύ.] Etiam apud Latinos multo adverbium et quae sunt huius generis similia variam in variis locis sedem obtinere docet Frotscherus. Sic, ait, Cic. de orat. II, 42, 178: plura enim multo homines iudicant odio, quam veritate. 46, 192: sed alia sunt maiora multo. Quemadmodum autem Cic. de sen. 2, 6 ante multo, sic Caes. de bello civ. I, 20, de bello gall. VII, 60, Sall. Cat. 18 post paulo transposuerunt.

τῶν μετρίως διαγόντων] i. e. *μέτριον βίον βιούντων.* Non idem est quod infra § 19: *μετρίως διαιτωμένων.* Nam hoc loco sermo est de hominibus, qui in mediocri fortuna constituti sunt, illo de iis, qui modice victitant, tenui, mediocri cibo utuntur.

§ 9. *πῶς ἂν πολλοὶ μὲν ἐπεθύμουν τυραννεῖν*] quomodo fieret, ut tam multi cuperent regnare? Haud raro ea significatione usurpantur *πῶς* et *ὅπως.* Memor. I, 1, 20: *θαυμάζω οὖν, ὅπως ποτὲ ἐπείσθησαν Ἀθηναῖοι Σωκράτην περὶ θεοὺς μὴ σωφρονεῖν.* III, 5, 13: *Καὶ θαυμάζω γε, ἔφη, ὦ Σώκρατες, ἡ πόλις ὅπως ποτ' ἐπὶ τὸ χεῖρον ἔκλινεν.*

καὶ ταῦτα] et quidem; in talibus *καί* habet vim quandam augendi et corrigendi.

τῶν δοκούντων ἱκανωτάτων ἀνδρῶν εἶναι] attractio praedicati infinitivo subiuncti. Infra § 32. II, 1. III, 8. Plat. apol. 21 B: *ἦλθον ἐπί τινα τῶν δοκούντων σοφῶν εἶναι.* — *ἱκανώτατοι* non sunt oppositi *τοῖς μετρίως διάγουσι* homines divites ac potentes — illi enim dicerentur ut de re eq. II, 1: *οἱ τοῖς χρήμασιν ἱκανώτατοι* — sed intelliguntur homines qui rerum maxime periti sunt.

πῶς δὲ πάντες.] Antecedentibus vocibus *πῶς ἂν πολλοὶ μέν* exspectaveris *πάντες δὲ πῶς ἂν ἐζήλουν;* Sed nihil frequentius ista particularum *μέν* et *δέ* collocatione minus concinna. Saepe cum illa particularum inversione coniuncta est collocatio verborum qui chiasmus vocatur. Anab. III, 4, 2: *ἔπαθε μὲν οὐδέν, πολλὰ δὲ κακὰ ἐνόμιζε ποιῆσαι.*

§ 10. *ἀμφοτέρων τῶν ἔργων*] i. e. *τῶν ἔργων ἀμφοτέρων* ita, ut *ἀμφοτέρων* pendeat a voculis *τῶν ἔργων*. Durum hoc neque tamen insolitum esse demonstravit multis exemplis allatis ex scriptoribus Graecis et Latinis Frotscherus. Idem recte interpretatur vocabulum *ἔργον*, quod intelligi vult de vera utriusque condicione et munere, cui se quis dedit (Lebensberuf). Ut legimus apud Homerum Od. V, 67: *θαλάσσια ἔργα*, ita apud Xen. Oecon. IV, 5: *τῶν πολεμικῶν ἔργων*, I, 2: *τῆς οἰκονομίας ἔργον*, Memor. IV, 2, 5: *ἰατρικὸν ἔργον*, Conviv. IV, 56: *ἔργα τοῦ μαστροποῦ*.

περὶ αὐτοῦ] *περὶ τοῦ τυραννεῖν*.

ἀρξάμενος ἀπὸ τῆς ὄψεως] initium capiens, incipiens a visu. Infra VIII, 2: *ἄρξομαι δέ σοι ἀπὸ τῶν μικροτάτων παραδειγμάτων*. Frequenter cum apud Xenophontem tum apud Platonem et alios participium *ἀρξάμενος* eleganter ponitur pro *πρῶτον* et *ἐν ἀρχῇ*. Memor. II, 1, 1: *σκοπῶμεν ἀρξάμενοι ἀπὸ τῆς τροφῆς ὥσπερ ἀπὸ τῶν στοιχείων*. Cyr. VII, 5, 65: *ταῦτα δὴ γιγνώσκων ἀρξάμενος ἀπὸ τῶν θυρωρῶν πάντας τοὺς περὶ τὸ ἑαυτοῦ σῶμα θεραπευτῆρας ἐποιήσατο εὐνούχους*. De vectig. V, 3: *τίνες γὰρ ἡσυχίαν ἀγούσης τῆς πόλεως οὐ προσδέοιντ' ἂν αὐτῆς ἀρξάμενοι ἀπὸ ναυκλήρων καὶ ἐμπόρων;*

ἐντεῦθεν γὰρ... ἀρξάμενον λέγειν.] Frequentatum dicendi genus, addita vulgo principio subsequentis expositionis rei vel narrationis *γάρ* particula. Rarior est in his *γάρ* particulae omissio. „Discrimen constructionis verbi *ἄρχεσθαι* cum infinitivo aut participio in eo positum videtur, ut participium significet modum, quo alicuius actionis initium fit, infinitivus autem indicet consilium i. e. quod facturi sumus, quod facere instituimus.“ Kühner ad Memor. III, 5, 15.

§. 11. *ἄλλα μέν γε*] *γέ* referendum est ad *ἄλλα* confirmationis causa, *μέν* spectat ad sequens *δέ*. Infra VIII, 9: *πρακτέον μέν γε χρήματα, εἰ μέλλομεν ἕξειν δαπανᾶν εἰς τὰ δέοντα, ἀναγκαστέον δὲ φυλάττειν ὅσα δεῖται φυλακῆς*. Conviv. I, 9: *οἱ μέν γε σιωπηρότεροι ἐγίγνοντο, οἱ δὲ καὶ ἐσχηματίζοντό πως*. VI, 7: *ἄνωθεν μέν γε ὄντες ὠφελοῦσιν, ἄνωθεν δὲ φῶς παρέχουσιν*. De vi particulae *γέ* disputavit Kühner ad Memor. I, 2, 12. Hermann ad Viger. p. 822.

εἰς πόλεις, ἃς ἄν βούλωνται.] Non iteratur praepositio *εἰς* more loquendi paene legitimo. Omittuntur enim praepositiones ante pronomina relativa tum, cum pronomina demonstrativa vel substantiva proxime praecedentia, ad quae referuntur, adiunctas eas sibi habent. Ages. II, 1: *ἐπορεύετο διὰ τῶν αὐτῶν ἐθνῶν, ὥνπερ ὁ Πέρσης*. Memor. II, 1, 32: *τιμῶμαι δὲ μάλιστα πάντων καὶ παρὰ θεοῖς καὶ παρὰ ἀνθρώποις, οἷς προσήκει*. Cic. de fin. IV, 20: (Zeno) negat Platonem, si sapiens non sit, eadem esse in causa, qua tyrannum Dionysium. Nep. Cimon III, 1: incidit in eandem invidiam, quam pater suus. Rarius praepositio repetitur. Memor. III, 3, 6: *πειράσῃ τὰς μελέτας ἐν τοιούτοις ποιεῖσθαι χωρίοις, ἐν οἷοισπερ οἱ πολέμιοι γίγνονται*. Herod. VIII, 8: *ἐν δὲ τούτῳ τῷ χρόνῳ, ἐν τῷ οὗτοι ἀριθμὸν ἐποιεῦντο τῶν νεῶν*.

θεαμάτων ἕνεκα.] Vocabula plane superflua eicienda esse cum Schneidero censuerunt Coppello p. 28, Breitenbachius p. 10, Nicolai p. 20.

ἀνθρώποις.] De omisso articulo vide adnot. ad § 2.

συναγείρεσθαι] ut Memor. II, 5, 3: *τὸν δὲ πρὸ πάντων χρημάτων καὶ πόνων πριαίμην ἂν φίλον μοι εἶναι*. Alias addi solet coniunctio *ὥστε*. Cyr. III, 1, 36: *λέξον μοι, πόσου ἂν πρίαιο, ὥστε τὴν γυναῖκα ἀπολαβεῖν*. Recte admonuit Breitenbachius notionem *ἀξιώτατα*, quae inest in vocabulo *ἀξιοθεατότατα*, ita praevaluisse in mente scriptoris, ut subiungeret infinitivum *συναγείρεσθαι*.

§ 12. *ἀμφὶ θεωρίας ἔχουσιν*.] Praepositiones *περὶ* et *ἀμφὶ* coniunctae cum verbis *εἶναι*

et ἔχειν significant diligentem esse, sedulam operam alicui rei impendere, animum adicere ad aliquid. Cyr. VII, 5, 52: ὁρῶν σε ἀμφ' ἵππους ἔχοντα, ἀμφ' ἅρματα, ἀμφὶ μηχανάς. Anab. V, 2, 26: ὅπως οἱ πολέμιοι ἀμφὶ ταῦτα ἔχοιεν. Oecon. VI, 7: τοὺς . . ἀμφὶ γῆν ἔχοντας. — θεωρία, quod vocabulum Memor. IV, 8, 2: ἕως ἂν ἡ θεωρία ἐκ Δήλου ἐπανέλθῃ significat legationem sacram, hoc loco est spectaculum, ut apud Plat. Crit. 52 B: ἐπὶ θεωρίαν h. e. ad spectandos ludos sollemnes.

φοβερὸν γὰρ μή.] Metuendum enim est ne. Personalis structura impersonali praefertur VI, 15: ὥσπερ γε καὶ ἵππος, εἰ ἀγαθὸς μὲν εἴη, φοβερὸς δὲ μὴ ἀνήκεστόν τι ποιήσῃ, χαλεπῶς μὲν ἄν τις αὐτὸν ἀποκτείναι κτλ. Anab. V, 7, 2: φοβεροὶ ἦσαν μὴ ποιήσειαν οἷα καὶ τοὺς τῶν Κόλχων κήρυκας ἐποίησαν. Quid de tyrannorum vita senserit Plato vide Respubl. IX, 579 B: λίχνῳ δὲ ὄντι αὐτῷ τὴν ψυχὴν μόνῳ τῶν ἐν τῇ πόλει οὔτε ἀποδημῆσαι ἔξεστιν οὐδαμόσε οὔτε θεωρῆσαι, ὅσων δὴ καὶ οἱ ἄλλοι ἐλεύθεροι ἐπιθυμηταί εἰσι, καταδεδυκὼς δὲ ἐν τῇ οἰκίᾳ τὰ πολλὰ ὡς γυνὴ ζῇ, φθονῶν καὶ τοῖς ἄλλοις πολίταις, ἐάν τις ἔξω ἀποδημῇ καί τι ἀγαθὸν ὁρᾷ.

§ 13. ἀλλ' ἄρα] respondet Latino at nimirum, ita ut ἄρα indicet id, quod deinde commemoretur, non esse eiusmodi, ut recte possit comprobari. Plat. Resp. p. 374 B. Stallb. Mem. III, 11, 4: εἰπέ μοι, ἔστι σοι ἀγρός; οὐκ ἔμοιγε, ἔφη. Ἀλλ' ἄρα οἰκία προσόδους ἔχουσα; οὐδὲ οἰκία, ἔφη.

καὶ ὁτιοῦν] quamquam vilissimam rem. In talibus καὶ habet vim intendendi. Plat. Apol. 35. B: οὔτε ὑμᾶς χρὴ ποιεῖν τοὺς δοκοῦντας καὶ ὁτιοῦν εἶναι.

λαβόντες.... ἀπιέναι.] Participium continet primariam notionem. Vertas igitur: sie wollen in kurzer Zeit möglichst viel bekommen und mit fortnehmen. Cyr. V, 2, 8: ἐν δὲ δῶρον ἄπειμι ἔχων παρὰ σοῦ, ἀνθ' οὗ οὐδ' ἂν τὰ ἐν Βαβυλῶνι . . . ἥδιον ἂν ἔχων ἀπέλθοιμι. Anab. VII, 7, 53: ταῦτα λαβὼν . . . ἄπιθι. VI, 1, 17: ὅπως ἂν καὶ ἔχοντές τι οἴκαδε ἀφίκωνται.

ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ.] Ages. I, 34: ἐν δυοῖν ἐτοῖν. Si ἐν praepositio durantis temporis habet notionem, ad numeros cardinales ponitur, omittitur ad ordinales: ἐν πέντε ἡμέραις intra quinque dies, πέμπτῃ ἡμέρᾳ quinto die. Vide Saupp. ad Memor. III, 13, 5.

ἢ ὅσα.] Post πολλαπλάσιος, διπλάσιος et similia plerumque aut ponitur ἢ sine pronomine relativo, ut Cyr. IV, 2, 37: ὅπως διπλάσια ἐν τῇ σκηνῇ ἑκάστῃ σῖτα καὶ ποτὰ παρασκευασθῆναι ἢ τοῖς δεσπόταις . . ποιεῖτε, Resp. Athen. III, 8: καὶ ἄγουσι μὲν ἑορτὰς διπλασίους ἢ οἱ ἄλλοι, aut genetivus pronominis relativi sine ἤ particula, ut Cyr. VIII, 3, 38: διπλάσια ἀπέδωκεν ὧν ἔλαβεν.

§ 14. γέ τοι] certe quidem. τοί sententiam indicat oppositam esse praecedentibus quodam modo. Memor III, 4, 10: ἀλλ' ἐχθροί γέ τοι ἀμφοτέροις γίγνονται. III, 6, 13: ἀλλ' ἐκείνου γέ τοι . . . οἶδα ὅτι οὐκ ἠμέληκας. Hermann ad Viger. p. 825.

ἐπεί] significat nam ut infra § 23: ἄλλο τι οὖν οἴει ταῦτα τὰ ἐδέσματα εἶναι ἢ . . . ἐπιθυμήματα; ἐπεὶ εὖ οἶδ' ἔγωγε, ὅτι οἱ ἡδέως ἐσθίοντες . . οὐδὲν προσδέονται. Anab. VI, 1, 30: Ἀγασίας δὲ Στυμφάλιος εἶπεν, ὅτι γελοῖον εἴη, εἰ . . ἔχοι, εἰ ὀργιοῦνται Λακεδαιμόνιοι καὶ ἐὰν .... αἱρῶνται . ἐπεὶ εἰ οὕτω γε τοῦτο ἔχει, ἔφη, οὐδὲ λοχαγεῖν ἡμῖν ἔξεστιν, ὡς ἔοικεν, ὅτι Ἀρκάδες ἐσμέν. Vide Kühner, ausf. Gr. d. gr. Spr. § 569, 1, Anm. 1. Hermann ad Viger p. 783.

οὐδεὶς γὰρ ἐθέλει . . κατ' ὀφθαλμοὺς κατηγορεῖν.] Nemo enim regem in os accusare vult. Aristoph. ran. 626 Bergk: ἵνα σοι κατ' ὀφθαλμοὺς λέγῃ. Soph. Antig. 760: ἄγετε τὸ μῖσος, ὡς κατ' ὄμματα αὐτίκα παρόντι θνήσκῃ πλησία τῷ νυμφίῳ. Similiter Dio Chrysost. Tom. II. p. 322 ed. Reisk.: οὐδεὶς ψέγει ἐκ τοῦ φανεροῦ. Ter. Ad. II, 4, 5: vereor coram in os te laudare. Contrarium est εἰς οὖς, εἰς ὦτα. Eur. Orest. 616: εἰς οὖς ἀεὶ πέμπουσα μύθους. Androm. 1091:

εἰς οὓς ἑκάστῳ δυσμενεῖς ηὔδα λόγους. Hor. Sat. I, 9, 9: in aurem dicere nescio quid puero. Martial. I, 89: ut saepe in aurem, Cinna, Caesarem laudes.

§ 15. *κακὰ νοοῦσι τῷ τυράννῳ.*] Saepe occurrit *νοεῖν τι*, e. g. Memor. II, 2, 9: *ἡ μήτηρ . . . οὐδὲν κακὸν νοοῦσα;* raro autem coniungitur cum dativo personae. Herod. III, 81: *δήμῳ μέν νυν, οἳ Πέρσῃσι κακὸν νοέουσι, οὗτοι χράσθων.*

§ 16. *τοῦτο*] ut paulo infra *ἐκεῖνο* saepe referendum est ad id, quod proxime sequitur. II, 2. Memor. III, 5, 19: *τοῦτο γὰρ . . θαυμαστόν ἐστι, τὸ τοὺς μὲν τοιούτους πειθαρχεῖν τοῖς ἐφεστῶσι.* De particulis *μὲν δή* vide adnot. ad § 4: *τοὺς μὲν δὴ ἰδιώτας.*

τοὺς ἐπαίνους παρὰ τῶν ἐλευθερωτάτων ἡδίστους εἶναι.] Duobus superlativis utuntur Graeci, ubi Latini voculis quo - eo cum comparativis vel ut quisque - ita cum superlativis. V, 4. VIII, 4. Memor. IV, 1, 3: *αἱ ἄριστα δοκοῦσαι εἶναι φύσεις μάλιστα παιδείας δέονται.* Cf. Cic. de fin. II, 25, 81: optimum quidque rarissimum est. Ceterum notanda est verborum collocatio in *τοὺς ἐπαίνους παρὰ τῶν ἐλευθερωτάτων*, quae abhorrere a more Xenophonteo videtur. Cf. § 18: *ἔκπλεῳ γὰρ αὐτοῖς ἀεὶ παρεσκευασμέναι . . . . τράπεζαι.* § 25: *καὶ τῶν σίτων ὁ μὲν ἔχων.*

ἀλλ'] antecedenti particulae *μέν* respondet. Re, quam antea commemoravit, missa transitum parat orator ad graviora, quae omnem attentionem postulent. Cyr. VI, 3, 10: *οὐ μὲν δή γ' ἔχαιρον, ἀλλὰ καὶ μάλα ἠνιῶντο.* Hell. V, 4, 17: *πολλὰ μὲν γὰρ καὶ ἄλλα βίαια ἐποίησεν, ἀτὰρ καὶ ὑπερβάλλοντος αὐτοῦ . . . τὸ καθῆκον ἐπὶ θάλατταν ὄρος πολλοὺς . . . ὄνους κατεκρήμνισεν αὐτοῖς σκεύεσι.*

δρᾷς] mediae orationi, quod nusquam nisi hoc loco apud Xenophontem reperitur, ita interpositum est, ut significet alterum tibi non posse non concedere, de qua re Heindorf ad Plat. Prot. 336, B: *ἀλλ', δρᾷς, ἔφη, ὦ Σώκρατες, δίκαια δοκεῖ λέγειν Πρωταγόρας.* Similiter usurpant Latini „vides" et nos „siehst du."

οὐκ . . ἔτι] non significat non amplius, sed non iam, non item. II, 14: *ἃ δὲ ἔχουσιν ἡδέα οἱ ἐν ταῖς πόλεσι πρὸς τὰς πόλεις, ταῦτα οὐκέτι ἔχουσιν οἱ τύραννοι.* Anab. I, 10, 12: *ἀνεστράφησαν οἱ ἀμφὶ βασιλέα, πεζοὶ μὲν οὐκέτι* . de ven. V, 14: *τὰ μὲν οὖν λίαν νεογνὰ οἱ φιλοκυνηγέται ἀφιᾶσι τῇ θεῷ· οἱ δὲ ἤδη ἔτειοι τάχιστα θέουσι τὸν πρῶτον δρόμον, τοὺς δὲ ἄλλους οὐκέτι.*

ἐν αὐτοῖς.] Notandus est usus pronominis *αὐτός* in casibus obliquis pro *οὗτος* vel *ἐκεῖνος* praegresso nomine aliquo relativo. Anab. VII, 1, 12: *ἐκέλευεν . . . . προσανειπεῖν, ὃς ἂν μὴ παρῇ . . ., ὅτι αὐτὸς αὐτὸν αἰτιάσεται.* Lys. XXVIII, 13: *ὅσοι δὲ κατελθόντες ἐν δημοκρατίᾳ τὸ μὲν ὑμέτερον πλῆθος ἀδικοῦσι, τοὺς δὲ ἰδίους οἴκους ἐκ τῶν ὑμετέρων μεγάλους ποιοῦσι, πολὺ μᾶλλον αὐτοῖς προσήκει ὀργίζεσθαι ἢ τοῖς τριάκοντα.*

§ 17. *καὶ οἶδά γε.*] Locum hinc usque ad finem paragraphi vicesimae excerpsit Athenaeus p. 144 C—E.

τούτῳ κρίνουσιν.] Infra IV, 8: *οὐ γὰρ τῷ ἀριθμῷ οὔτε τὰ πολλὰ κρίνεται οὔτε τὰ ἱκανά.* Memor. III, 9, 4: *τῷ τὰ μὲν καλά τε καὶ ἀγαθὰ γιγνώσκοντα χρῆσθαι αὐτοῖς καὶ τῷ τὰ αἰσχρὰ εἰδότα εὐλαβεῖσθαι σοφόν τε καὶ σώφρονα ἔκρινεν.* De *τούτῳ* vide adnot. ad § 16.

πίνειν καὶ ἐσθίειν. Od V, 94: *αὐτὰρ ὁ πῖνε καὶ ἡσθε διάκτορος ἀργειφόντης* et sexcenties apud Homerum *αὐτὰρ ἐπεὶ πόσιος καὶ ἐδήτυος ἐξ ἔρον ἕντο.* Multa exempla ordinis in hac similibusque formulis mutati collegit Bornem. ad Conviv. IV, 37 p. 135.

ὅτι δοκοῦσι καὶ αὐτοὶ ἥδιον ἂν δειπνῆσαι τὸ ἡμῖν παρατιθέμενον δεῖπνον.] De causis cur cibi regum sint exquisitiores vide Cyr. VIII, 2, 4 sq.

τὸ γὰρ . . ὑπερβάλλον, τοῦτο παρέχει τὰς ἡδονάς] cf. §§ 21. 25, 32. Ages. I, 34. IV, 4. De hoc usu pronominis demonstrativi post participia cum articulo coniuncta non sine vi quadam et gravitate illati vide Kühner, ausf. Gr. d. gr. Spr. § 469, 4.

§ 18. *πάντες ἄνθρωποι*] Nunquam substantivum *ἄνθρωποι*, ubi cum *πάντες* vel *ἅπαντες* iungitur, articulum assumit, sed sine ulla exceptione legimus *πάντες ἄνθρωποι*. VII, 3: *ἐν ἅπασιν ἀνθρώποις*. Mem. I, 2, 1: *πάντων ἀνθρώπων*. IV, 4, 19: *καὶ γὰρ παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις πρῶτον νομίζεται θεοὺς σέβειν*. Anab. V, 6, 7: *οἱ πάντες ἄνθρωποι*.

ἔκπλεῳ γὰρ αὐτοῖς ἀεὶ παρεσκευασμέναι . . αἱ τράπεζαι] dictum est pro *τράπεζαι αὐτοῖς ἀεὶ παρεσκευασμέναι, ὥστε ἔκπλεῳ εἶναι*. Frequentissimus est Xenophonti hic usus adiectivorum, quem vocant prolepticum. Cyr. IV, 2, 3: *τὸ τούτου ὄνομα μέγιστον ηὔξητο* Oecon. V, 15: *τὸν οὖν μέλλοντα εὖ γεωργήσειν δεῖ τοὺς ἐργαστῆρας καὶ προθύμους παρασκευάζειν*. Conviv. II, 25: *ὀρθά τε αὔξεται καὶ θάλλοντα ἀφικνεῖται εἰς τὴν καρπογονίαν*. Exempla huius locutionis permulta collegit Heindorf ad Plat. Prot. 327 B: *οὗτος ἐλλόγιμος ηὐξήθη*. Neque raro apud Latinos nobis occurrit hic usus adiectivi, ut Virg. Aen. III, 508: Sol ruit interea et montes umbrantur opaci. De collocatione verborum vide adnot. ad § 16.

πρῶτον . . . ἔπειτα δέ] omisso in priore membro *μέν*, cuius generis dicendi rara sunt apud orationis pedestris scriptores exempla. Multo saepius legimus *πρῶτον μέν . . . ἔπειτα* vel *εἶτα* omisso *δέ*. Memorab. I, 2, 1: *πρῶτον μὲν ἀφροδισίων καὶ γαστρὸς πάντων ἀνθρώπων ἐγκρατέστατος, εἶτα καρτερικώτατος*. Nonnunquam antecedens *πρῶτον μὲν* neque *ἔπειτα* neque *εἶτα* neque etiam *δέ* vel ulla alia particula sequitur, ut Memor. II, 1.

§ 19. *ἐκεῖνο εὖ οἶδ' ὅτι καὶ σὺ ἔμπειρος εἶ*] *ἐκεῖνο* non referendum videtur ad *εὖ οἶδα*, sed ad *ἔμπειρος* adiectivum. Sexcenties enim legimus *εὖ οἶδ', εὖ ἴσθι, εὖ οἶσθα, δοκῶ, ὁρᾷς*, alia addita vel omissa *ὅτι* particula mediae inseri orationi, qua re significatur putare loquentem alterius fidem vel assensum deesse sibi non posse. Vide Breitenbach ad Oecon. X, 13. Neque *ἐκεῖνο* mutandum est in *ἐκείνου*, quod Zeunius recepit ex utroque Stobaeo; nam neutrum genus et adiectivorum et pronominum liberiorem habere usum praeter multa alia exempla docent Oecon. II, 16: *οἵτινες ἕκαστα ἐπιστημονέστατοί εἰσι τῶν ἐν τῇ πόλει*, et Cyr. III, 3. 9: *ἐπιστήμονες δὲ ἦσαν τὰ προσήκοντα*.

τὰ περιττὰ τῶν ἱκανῶν] plura quam consumat. Genetivus postulatur, quod in *περιττός* adiectivo notio inest comparativi. Cyr. VIII, 2, 21: *ἐπειδὰν τῶν ἀρχούντων περιττὰ κτήσωνται*. Hipp. VII, 7: *τοὺς δὲ περιττοὺς τῆς φυλακῆς εἰ μέν τις στρατιὰν ἔχειν ἡγήσεται, ὀλίγη αὐτῷ φανεῖται*. Anab. IV, 8, 11: *περιττεύουσιν ἡμῶν οἱ πολέμιοι*. Conviv. IV, 35: *περιττεύοντα τῆς δαπάνης*.

τῶν μετρίως διαιτωμένων] vide adnot. ad § 8: *τῶν μετρίως διαγόντων*.

§ 20. *ἡ ψυχή*] ut nonnunquam est libido animi, e. g. Cyr. I, 3, 18: *μέτρον δὲ αὐτῷ οὐχ ἡ ψυχή, ἀλλ' ὁ νόμος ἐστίν*, ita hoc loco significat appetitum edendi et bibendi. Memor. I, 2, 4: *ταύτην γὰρ τὴν ἕξιν ὑγιεινήν τε ἱκανῶς εἶναι καὶ τὴν τῆς ψυχῆς ἐπιμέλειαν οὐκ ἐμποδίζειν ἔφη*. Cyr. VI, 2, 28: *μετὰ δὲ τὸν σῖτον ἐὰν οἶνον ἐπιπίνωμεν, οὐδὲν μεῖον ἔχουσα ἡ ψυχὴ ἀναπαύσεται*.

§ 21. *οὐκοῦν*] maxime usurpatur, si is, qui interrogat, postulat affirmationem. Fere idem est, quod apud Latinos nonne igitur?, nonne ergo? Quid sit discriminis inter *οὐκοῦν* et *οὔκοιν* diligenter exposuit Kühner, Excurs. III ad Memor. p. 513—523.

τὸν ἑκάστῳ ἡδόμενον μάλιστα, τοῦτον . . . ἐρωτικώτατα ἔχειν] i. q. *ὅσῳ μάλιστα*

. . ἥδεται, τοσούτῳ ἐρωτικώτατα ἔχει. Vide adnot. ad. § 16. De pronomine demonstrativo post participium illato vide adnot. ad § 17.

ἑκάστῳ] vim habet hanc: τινὶ ἑκάστοτε, et ita quidem, ut ἑκάστοτε referas simul ad τοῦτον . . . . ἐρωτικώτατα ἔχειν. Breitenbach.

τι - ἥδιον] Indefin. vim habet intendendi, cf. οὐδέν τι § 28. IV, 7: θᾶττόν τι. Anab. V. 8, 11: ἧττόν τι. Oecon. III, 8: οὐδέν τι. Anab. VI, 1, 26: οὐ πάνυ τι νομίζω ἀσφαλὲς εἶναι τοῦτο. Plat. Lys. 204 D: οὐ πάνυ, ἔφη, τι δεινά ἐστιν, ubi Stallb.

οὐ μὰ τὸν Δί' . . . οὐ μὲν οὖν] Saepissime occurrit haec negandi formula in scriptis Xenophontis. Conviv. II, 4: οὐ μὰ Δί', ἔφη, οὐ παρὰ τῶν μυροπωλῶν. IV. 3: οὐ μά τὸν Δί', ἔφη, οὐδὲ τοῦτο et sic permultis locis. Particulae μὲν οὖν habent vim augendi et corrigendi: immo, immo vero. De formulis ναὶ μὰ τὸν Δία et οὐ μὰ τὸν Δία disputaverunt Kühner et Sauppe ad Memor I, 4, 9, Bornem. ad Conviv. IV, 17.

ἀγλευκέστερον] Laconum est ex auctoritate Hesychii; bis eo usum esse Xenophontem affirmavit Suidas, cuius haec sunt verba: ἀγλευκὲς τὸ ἀηδὲς Ξενοφῶν εἴρηκεν ἐν τῷ Οἰκονομικῷ (VIII, 3) δοκεῖ δὲ ξενικὸν ὄνομα Σικελικόν· πολὺ γοῦν ἐστι πάλιν παρὰ τῷ Ῥίνθωνι, καὶ ἀγλευκέστερον ἀντὶ τοῦ ἀηδέστερον Ξενοφῶν Ἱέρωνι. Praeter Rhinthonem ex Doriensibus hoc vocabulo usus est Epicharmus in fragm. 168 (Ahrens): ἀγλευκές ἐστ' ἄνθρωπος. Ceterum ἀγλευκέστερον oppositum est antecedenti ἥδιον: itaque illud vertendum est minore cum appetitu, hoc maiore cum voluptate.

§ 22. τί γάρ] quid enim? usurpatur haec formula, ubi ad novam rem transitur. De alio huius formulae usu, quo affirmandi vim habet, vide Heindorf ad Plat. Sophist. 232 C et ad Horat. Sat. I, 1, 7, Herbst ad Memor. II, 6, 2. — Locus usque ad finem paragraphi vicesimae tertiae excerptus legitur apud Athenaeum p. 121 D. E.

μηχανήματα] eleganter excogitatus apparatus ciborum. Sturz. Paulo infra μηχανήματα dicuntur σοφίσματα.

τὰ τούτων ἀδελφά] horum similia. Adiectivum ἀδελφός et dativum et genetivum assumit. Genetivo adiungitur etiam a Platone Ep. VII, 337 D: ταῦτά ἐστιν ἀδελφὰ ὧν ἐπεχειρήσαμεν συμπράξαι. Isocr. 4. 71: ἀδελφὰ δὲ τῶν εἰρημένων. Sed plerumque utitur Xenophon τὰ τοιαῦτα pro τὰ τούτων ἀδελφά. Cf. § 13. Memor. I, 1, 7: πάντα τὰ τοιαῦτα μαθήματα καὶ ἀνθρώπου γνώμῃ αἱρετέα ἐνόμιζεν εἶναι. Adiectiva ὅμοιος et παραπλήσιος usurpantur Memor. IV, 2, 28: καὶ οἵ τε ὅμοιοι τούτοις ἡδέως χρῶνται. Apol. 26: παραμυθεῖται δ' ἔτι με καὶ Παλαμήδης ὁ παραπλησίως ἐμοὶ τελευτήσας. Sed ἀδελφώ Memor. II, 3, 19 sunt gemini.

πάνυ μὲν οὖν] scil. κατανενόηκα, a quo intellecto verbo pendet δοκοῦντα - ταῦτα. Breitenbach.

ἀνθρώποις] de omisso articulo vide adnot. ad § 2.

§ 23. ἄλλο τι] cum sine ἤ ponitur, interrogationem habent sola verba ἄλλο τι: reliqua non sunt in interrogatione. Prorsus similis Germanorum locutio est nicht wahr? quod cum usurpatur, interrogationem continet sic, ut reliqua sine interrogatione proferantur: quare haec duo vocabula et in initio et in fine collocari possunt. Hermann ad Viger. p. 730. Itaque in hoc loco non potest abesse particula ἤ. Ceterum apud Xenophontem in hoc dicendi genere nunquam particulam videmus omissam. Anab. IV, 7, 5: ἄλλο τι ἢ οὐδὲν κωλύει; De forma ἄλλο τι ἤ ex ellipsi profecta vide quae Stallb. ad Plat. Euthyphr. 15 C exposuit.

ἐδέσματα] Noli probare ἡδύσματα, quae sunt condimenta, cum ipsos cibos dici a Simonide ex antecedentibus appareat. Breitenbach. Ἔδεσμα vocabulum apud Xenophontem non legitur nisi hoc loco. Cf. § 19: ἐδωδή, Oecon. VII, 36: ἐδώδιμος.

ἐπιθυμήματα] desiderata, Bedürfnisse. IV, 7: urbes, agri, portus, arces dicuntur *ἐπιθυμήματα τῶν τυράννων*. Raro a scriptoribus orationis pedestris Atticis usurpantur substantiva in-*ημα* exeuntia, ut *δώρημα* VIII, 4, *ὑπούργημα* VIII, 7, *ὠφέλημα* X, 3. Ages. VII, 2, *φόρημα* VIII, 10, Cyr. II, 3, 14, III, 1, 25, Memor. III, 10, 13.

ἐπεί] vide adnot. ad § 14.

ὅτι οἱ ἐσθίοντες . . . ὅτι οὐδὲν προσδέονται] *ὅτι* propter verba interposita iteratur. Cyr. VI, 4, 5: *ἀλλ' ὅτι μέν, ὦ Ἀβραδάτα, εἴ τις καὶ ἄλλη πώποτε γυνὴ τὸν ἑαυτῆς ἄνδρα μεῖζον τῆς ἑαυτῆς ψυχῆς ἐτίμησεν, οἶμαί σε γιγνώσκειν ὅτι καὶ ἐγὼ μία τούτων εἰμί*. Anab. V, 6, 19: *Τιμασίων δὲ . . . καὶ Θώραξ . . . λέγουσιν ὅτι, εἰ μὴ ἐξευποριοῦσι τῇ στρατιᾷ μισθὸν . . . . ὅτι κινδυνεύσει μεῖναι τοσαύτη δύναμις ἐν τῷ Πόντῳ*. Saepe propter orationis intercapedinem *ὅτι* etiam post *ὡς* infertur. Cyr. V, 3, 30: *ἅμα δὲ ἴσως κἀκεῖνο ἐννοεῖται, ὡς, εἰ οἱ μὲν πρὸς ἡμᾶς ἀφιστάμενος μηδὲν . . . πείσονται, οἱ δὲ . . . ἀπολοῦνται, ὅτι τάχα οὐδένα εἰκὸς σὺν αὐτῷ βουλήσεσθαι εἶναι*. Heindorf ad Plat. Hipp. I, 281 C. — *οὐδέν*, nequaquam.

§ 24. *ἀλλὰ μέντοι . . γε*] at vero certe. II, 9: *ἀλλ' οὖν ἐπειδάν γε ἔλθωσιν οἴκαδε*. II, 10: *ἀλλ' ἐπειδάν γε εἴσω τοῦ ἐρύματος ἔλθωσιν*. Memor. I, 2, 12: *ἀλλ' ἔφη γε ὁ κατήγορος*. Conviv. I, 12: *ἀλλὰ μέντοι, ὦ ἄνδρες, αἰσχρὸν στέγης γε φθονῆσαι*. *ἀλλά . . γέ* particulas apud solutae orationis scriptores non aliter nisi interposito aliquo verbo usurpatas reperiri nec aliud significantes quam at certe, at saltem docuit Heindorf ad Plat. Phaed. 86 E.

αὐτὸς ὁ βεβρωκώς] De *αὐτός* vide adnot. ad § 5.

βεβρωκώς] Hoc verbum simplex non usurpatur nisi a poetis et scriptoribus serioris aevi. Cf. Cyr. V, 2, 16: *βρωμάτων*. V, 2, 5: *βρωτόν*. Mem. I, 3, 15: *βρώσεως*.

§ 25. *τῶν σίτων*] pendet a *παντοδαπά, αὐτῶν* ab *οὐδέν*; notanda est verborum collocatio. Cf. IV, 4: *πεποίηνται πολλοὶ νόμον τῷ μιαιφόνῳ μηδὲ τὸν συνόντα καθαρεύειν*. IV, 5: *εἰκόνας ἐν τοῖς ἱεροῖς ἱστᾶσιν αἱ πόλεις τῶν τὸ τοιοῦτο ποιησάντων*.

ὁ δὲ σπανίσας τινός, οὗτος] de pronomine demonstrativo post participium cum articulo coniunctum illato vide adnot. ad. §§ 17 et 21.

πιμπλάμενος] is est, qui edit, qui satiatur. Aliis locis Xenophon utitur verbo *ἐμπίπλασθαι*, ut Memor. I, 3, 6: *ὥστε φυλάξασθαι τὸ ὑπὲρ τὸν καιρὸν ἐμπίπλασθαι*, ubi dictum est cum reprehensione quadam de hominibus voracibus, et II, 1, 30: *ἀλλὰ πρὶν ἐπιθυμῆσαι, πάντων ἐμπίπλασαι*.

Non offenderunt in hoc loco Frotscherus, Sauppius, Breitenbachius omnia plana et bene cohaerentia esse putantes; sed iam Copello p. 34 recte vidit haec omnino non cohaerere cum praecedentibus. Neque tamen recte restituisse videtur sententiam, cum deletis vocabulis *καὶ τῶν σίτων* et inserta voce *ἔχει* legit: *οὕτω μέντοι ἔχει, ἔφη ὁ Ἱέρων, ὁ μὲν ἔχων παντοδαπὰ ἀεὶ οὐδὲν μετὰ πόθου αὐτῶν λαμβάνει· ὁ δὲ σπανίσας τινός, οὗτός ἐστιν ὁ μετὰ χαρᾶς πιμπλάμενος, ὅταν αὐτῷ προφανῇ τι*. Magis placet, quod proposuit Nicolai (Progr. Dessau 1870 p. 26), qui verba locum mutasse ratus ita legendum esse censet: *ἄλλο τι οὖν οἴει, ἔφη ὁ Ἱέρων, ταῦτα τὰ ἐδέσματα εἶναι ἢ μαλακῆς καὶ ἀσθενούσης τρυφῇ ψυχῆς ἐπιθυμήματα; ἐπεὶ εὖ οἶδ' ἔγωγε . . . σοφισμάτων. Οὕτω τῶν σίτων ὁ μὲν ἔχων παντοδαπὰ ἀεὶ οὐδὲν μετὰ πόθου αὐτῶν λαμβάνει· ὁ δὲ σπανίσας τινός, οὗτός ἐστιν ὁ μετὰ χαρᾶς πιμπλάμενος, ὅταν αὐτῷ προφανῇ τι. Ἀλλὰ μέντοι, ἔφη Σιμωνίδης, τῶν γε πολυτελῶν ὀσμῶν τούτων, αἷς χρίεσθε, τοὺς πλησιάζοντας οἶμαι μᾶλλον ἀπολαύειν ἢ αὐτοὺς ὑμᾶς, ὥσπερ γε καὶ τῶν ἀχαρίτων ὀσμῶν οὐκ αὐτὸς ὁ βεβρωκὼς αἰσθάνεται, ἀλλὰ μᾶλλον οἱ πλησιάζοντες. Οὕτω μέντοι, ἔφη ὁ Ἱέρων. Κινδυνεύουσιν, ἔφη ὁ Σιμωνίδης, κτλ.* Postquam igitur enuntiatione *οὕτω τῶν σίτων . . . προφανῇ τι*

sermo de voluptate, quae ex cibis capitur, finitus est, Simonides transit ad pretiosos et varios odores, ex quibus tyrannos minus voluptatis capere quam sodales cum iis versantes demonstratur. Locus num hoc modo, in genuinam formam restitutus sit diiudicare non audeo, cum mihi nondum satis opinio constet.

§ 26. *κινδυνεύουσιν*] Heindorfio postulante Schneiderus post *κινδυνεύουσιν* inseruit *οὖν*, neque recte statuit. Frequens enim est asyndeton in novae disputationis principio. Pari modo sine copula *κινδυνεύειν* positum est Oecon. XVI, 12: *κινδυνεύει ἔαρος, ἔφη, εἶναι τούτου τοῦ ἔργου ἀρκτέον.* Memor. IV, 2, 34: *κινδυνεύει, ἔφη, ὦ Σώκρατες, ἀναμφιλογώτατον εἶναι τὸ εὐδαιμονεῖν.* De verbo *κινδυνεύειν*, quod apud Atticos scriptores saepenumero significat videri, vide Timaei Gloss. p. 159. (Ruhnk.)

αἱ τῶν ἀφροδισίων μόνον ὑμῖν ἀπολαύσεις - παρέχειν] Notabis verborum collocationem pro *αἱ τῶν ἀφροδισίων ἀπολαύσεις μόνον ὑμῖν . . . παρέχειν.*

ἐν γὰρ τούτῳ] Exspectamus *ἐν ταύταις;* sed habet in mente scriptor *ἐν τῷ ἀφροδισιάζειν*, quam vocem legimus III, 4.

§ 27. *νῦν δή*] cum affectu quodam dictum est: nunc vero, uti statim intelliges, dixisti aliquid.

σάφ' ἴσθι] additur ad omnem dubitationem tollendam. Usurpant scriptores hanc dictionem modo praemissam reliquis verbis, modo postpositam, modo mediae orationi insertam. Cf. Cic. Catil. III, 17: hunc hominem . . . nisi compulissem, dicam id quod sentio, non facile hanc tantam molem mali a cervicibus vestris depulissem.

πρῶτον μὲν γὰρ γάμος] His opposita sunt quae sequuntur infra § 29: *ἐν δὲ τοῖς παιδικοῖς.* Loquitur enim Hiero primo loco de voluptatibus, quae capiuntur e matrimonio, altero de puerorum amore. Discernuntur autem *τοῦ γάμου* tria genera: 1. *ὁ μὲν ἐκ μειζόνων*, 2. *δεύτερον δ' ὁ ἐκ τῶν ὁμοίων*, 3. *ὁ δ' ἐκ τῶν φαυλοτέρων.* Ad *δεύτερον δὲ* supplendum est ex praecedentibus *κάλλιστος*: secundo loco pulcherrimum est matrimonium, quod initur inter aequales. Locus nostro simillimus est Cic. de fin. I, 6, 17—19.

γάμος ὁ ἐκ μειζόνων] ut est paulo infra *ἐκ μειόνων γαμεῖν.* Multa ad has dictiones explicandas exempla attulit Sauppius. de Ven. I, 9: *ἐκ μὲν πόλεως τῆς μεγίστης γῆμαι.* Eur. Rhes. 168: *οὐκ ἐξ ἐμαυτοῦ μειζόνων γαμεῖν θέλω.* Androm. 957: *ὡς φίλων μὲν ἂν γήμαιτ' ἀπ' ἀνδρῶν.* Plat. Conviv. 666 E: *παρ' ἐλευθέρων γαμεῖν.* — *γάμος* cum universali quadam vi praepositum est: de nuptiis si dicendum est, ad nuptias quod attinet, velut § 25: *τῶν σίτων*, § 33: *Δαϊλόχου.*

δήπου] solet loqui, qui se putat eos, qui audiunt, in re memorata assentientes habere. Anab. V, 7, 9: *καὶ δὴ ἀποβαίνομεν εἰς τὴν χώραν· γνώσεσθε δήπου, ὅτι οὐκ ἐν τῇ Ἑλλάδι ἐστέ.*

φιλοτιμίαν] *φιλοτιμία* proprie dicitur de laudis honorisque studio, ut VII, 3: *ἡ δὲ φιλοτιμία οὔτ' ἐν τοῖς ἀλόγοις ζῴοις ἐμφύεται οὔτ' ἐν ἅπασιν ἀνθρώποις.* Sed hoc loco, id quod apparet ex iis quae sequuntur, est dignitas.

§ 28. *οὐ πάνυ*] non idem est, quod *οὐδαμῶς*, sed haec dicendi formula ad eas pertinet, quibus aliquid lenius exprimitur, quam intelligi debet, sed quomodo id intelligi debeat in loquendo vocis sono indicatur. Oec. VII, 1: *ἐπεὶ τά γε πλεῖστα ἢ πράττοντά τι ὁρῶ σε ἢ οὐ πάνυ σχολάζοντα ἐν τῇ ἀγορᾷ*, i e. denn immer sehe ich dich entweder sehr beschäftigt, oder doch nicht ganz müssig auf dem Markte. Plat. Meno 71 C: *οὐ πάνυ εἰμὶ μνήμων* i. e. nicht bin ich mit einem ganz guten Gedächtniss versehen. In his si diceremus „durchaus nicht," diceremus asperius.

πολὺ . . . εὐφραίνουσι μάλιστα] Vide adnot. ad § 1: *οὕτως ὄντος σοφοῦ ἀνδρός.*

μέγιστον φρονουσῶν] ut Memor. I, 1, 13: *τοὺς μέγιστον φρονοῦντας*, IV, 7, 6: *ὁ μέγιστον*

φρονήσας. Haud raro apud poetas neutrum singularis superlativi adverbii loco usurpatur. Eur. Heracl. 792: *ζῶσιν μέγιστόν γ' εὐκλεεῖς κατὰ στρατόν.*

εὐφραίνουσι μάλιστα] Sed saepe in tali matrimonio solet evenire, quod Iuvenalis Sat. VI, 460 ait: Intolerabilius nihil est, quam femina dives. Cf. Memor. I, 1, 8. Zeunius.

οὐδέν τι] nihil quidquam, fortissima negatio. Memor. I, 2, 42: *ἀλλ' οὐδέν τι χαλεποῦ πράγματος ἐπιθυμεῖς, ὦ Ἀλκιβιάδη, φάναι τὸν Περικλέα, βουλόμενος γνῶναι, τί ἐστι νόμος.* Vide adnot. ad § 21: *ἥδιόν τι.*

ἐὰν δέ τι ἐλλείπωσι] Verba opposita sunt antecedenti *παροῦσαι*. Vertas „si non praestitae fuerint."

§ 29. *ἐν δὲ τοῖς τεκνοποιοῖς*] in congressibus venereis, quibus liberi procreantur i. e. cum mulieribus, opponuntur *παιδικὰ ἀφροδίσια*. Sturz. Pro *τεκνοποιός* aptius videtur *τεκνοποιητικός;* nam *τεκνοποιός* significat aut idem quod pariens, ut Herod. I, 59 et V, 40, aut idem quod procreans, ut Eur. Troad. 852, *τεκνοποιητικός* vero ea, quae ad liberos procreandos pertinent. Cf. Aristot. Polit. I, 3. Sitzler. *Τεκνοποιεῖσθαι* verbum legitur Resp. Laced. I, 7.

πολὺ διαφερόντως] exquisitissime; cum genetivo coniunctum VII, 4: *τιμᾶσθε διαφερόντως τῶν ἄλλων ἀνθρώπων.* Plat. Crit. 52 B: *οὐ γὰρ ἄν ποτε τῶν ἄλλων Ἀθηναίων ἁπάντων διαφερόντως ἐν αὐτῇ (τῇ πόλει) ἐπεδήμεις.*

δήπου] Vide adnot. ad § 27.

§ 30. *ἐθέλει*] Ex Homero repetendus est usus verbi *ἐθέλειν* de rebus inanimatis. Legimus enim Il. XXI, 366: *οὐδ' ἔθελε προρέειν (ὕδωρ) ἀλλ' ἴσχετο.* Memor. III, 12, 8: *οὐ γὰρ ἐθέλει αὐτόματα γίγνεσθαι.* Oec. IV, 13: *ὅσα ἡ γῆ φύειν θέλει.* Viger. p. 84. 264. Platonicis exemplis hunc usum illustravit Stallb. ad Remp. II, 370 B.

τῶν ἑτοίμων] qui in promptu sunt, ut § 32: *ἑτοίμου.*

ὥσπερ οὖν εἴ τις ἄπειρος ὢν δίψους τοῦ πιεῖν ἀπολαύοι] Locus sine dubio corruptus vix in genuinam formam restitui videtur posse. Maxime probandum videtur, quod proposuit Breitenbachius, qui aut cum Geelio (ap. Coppell. p. 38) scribere vult: *ὥσπερ οὖν οὐδεὶς . . . ἀπολαύει,* aut id quod facilius in vulgatam scripturam corrumpi poterat: *ὥσπερ οὐδέν τις ἂν ἀπολαύοι.*

§ 31. *ἐμφύεσθαι*] innasci, id quod paulo ante *ἐγγίγνεσθαι.* Cf. IX, 8: *καὶ μὴν κακουργίαι γε ἧττον τοῖς ἐνεργοῖς ἐμφύονται.* Coniunctum est cum *ἐν* et dativo VII, 3: *ἡ δὲ φιλοτιμία οὔτ' ἐν τοῖς ἀλόγοις ζῴοις ἐμφύεται, οὔτ' ἐν ἅπασιν ἀνθρώποις.*

τοῦ καλλίστου ἐπικαλουμένου] Plat. Resp. 493 D: *ἡ Διομήδεια λεγομένη ἀνάγκη.*

§ 32. *τοῦ ἑτοίμου . . δοκοῦντος*] Vide adnot. ad § 9. De *τούτου* cum vi post participium illato vide adnot. ad § 17. Verba sic iungenda sunt: *οὐ μάλιστα ἐπιθυμῶ τοῦ δοκοῦντος εἶναι ἑτοίμου τυχεῖν παρ' αὐτοῦ* i. e. nicht gelüstet mich das von ihm zu erlangen, was, wie es scheint, freiwillig ist *(τῶν ἀφροδισίων), ἀλλὰ τοῦ ἥκιστα τυράννῳ προσήκοντος κατεργάσασθαι,* sondern, was am wenigsten dem Tyrannen geziemt, zu bewirken *(ἔρωτα).*

τυράννῳ προσήκοντος κατεργάσασθαι] Ubi infinitivus verbum *προσήκειν* (cadere s. convenire in aliquem) sequitur, modo dativum additum habet modo accusativum. De infinitivo vide Kühner, ausf. Gramm. d. gr. Spr. § 473, 7.

§ 33. *ἐρῶ μὲν Δαϊλόχου ὥνπερ*] amo in Dailocho ea, quae.

§ 34. *λαμβάνειν*] sicil. *τί.*

παρὰ μὲν γὰρ . . . παρὰ δὲ . . εἰσιν] Nam hostibus invitis aliquid eripere iucundissimum equidem esse arbitror: at gratificationes, quae ab amoribus ultro contingunt, suavissimae sunt. Recte admonuit Frotscherus hunc locum ob oculos habuisse

Dio Chrysost. Vol. I, p. 132. Reisk.: *οὐ γὰρ καὶ τὰ ἀφροδίσια ταῦτα ἥδιστα καὶ ἀνυβριστότατα, ὅσα γίγνεται μετὰ φιλίας τῶν συνόντων.*

οἶμαι] In voce *οἶμαι* sic interposita Graecis aliquid urbanitatis inest. Opinantur tantum, ubi de certis loquuntur. Itaque reddi potest natürlich, unstreitig, latine nimirum.

χάριτες] dicuntur obsequia in re venerea, ut infra § 38: *ὑπουργίαι.*

§ 35. *εὐθύς*] ne longe abeam, exempli gratia, ut statim exemplum afferam. II, 8. IX, 4. Similiter usurpatur *αὐτίκα* particula, quae enuntiationem antecedentem per exemplum illustrat. II, 7. Oecon. IX, 18. Resp. Laced. I, 3. Memor. IV, 7, 2, ubi Kühner.

ἡδεῖαι μὲν — ἡδεῖαι δὲ — ἡδεῖαι δέ] Probe distinguendum est inter anaphoram vulgarem et anaphoram rhetoricam: illa adiunctas habere solet particulas *μὲν* et *δέ*, haec his particulis carere. Kühner ad Memor. III, 13, 5.

ἀντιβλέψεις] adspectus oculis rectis, ex adverso intuitus. Poll. II, 56: *Ξενοφῶν δὲ τὰ ἀναβλέμματα λέγει ἀντιβλέψεις.* de Venat. IV, 4: *ἀναβλέμματα* et *ἐμβλέμματα. Ἀντίβλεψις* legitur etiam apud Plut. mor. p. 681 B. Verbum *ἀντιβλέπειν* Memor. IV, 7, 7: *εἰς δὲ τὸν ἥλιον οὐ δύναται ἀντιβλέπειν*, cum dativo coniunctum Cyr. V, 3, 33: *πῶς δ' ἂν ἀντιβλέψαι τις ἡμῶν δύναιτο Γαδάτᾳ;* Ages. I. 34: *τοίτους ποιήσας μηδ' ἀντιβλέπειν τοῖς Ἕλλησι δύνασθαι.*

§ 36: *λεηλασίᾳ*] primum legi videtur apud Apoll. Rhod. II, 302. Verbum *λεηλατεῖν* legimus Cyr. I, 4, 17. 20, Hell. II, 4, 4, IV, 4, 16.

πῶς οὐχί] est fortiter affirmantis, ut *πῶς (γάρ)* fortiter negantis, et significat idem quod apud Latinos vero, demum. Apol. 18: *εἴγε μήν, ὅσα εἴρηκα περὶ ἐμαυτοῦ, μηδεὶς δύναιτ' ἂν ἐξελέγξαι με ὡς ψεύδομαι, πῶς οὐκ ἂν ἤδη δικαίως καὶ ὑπὸ θεῶν καὶ ὑπ' ἀνθρώπων ἐπαινοίμην.*

§ 37. *καὶ γὰρ δή*] etenim profecto.

ὑπουργῇ] *ὑπουργεῖν, ὑπηρετεῖν, χαρίζεσθαι* dicuntur de amasio, qui amatori se praebet et obsequitur.

§ 38. *ἐπιστάμεθα γὰρ αὐτοὺς ὑπηρετοῦντας ὡς*] per attractionem frequentissimam pro *ἐπιστάμεθα ὡς οἱ ὑπηρετοῦντες ἐξεικάζουσιν.* Multo rariora huius attractionis exempla sunt apud scriptores Romanorum. Cic. pro rege Deiot. XI, 30: quis tuum patrem antea, quis esset, quam cuius gener esset, audivit. Pro Lig. IV, 10: quod . . . genus hoc causae quod esset non viderit. Liv. II, 57: distractam laceratamque rempublicam magis, quorum in manu sit, quam ut incolumis sit, quaeri.

ἐξεικάζουσιν αὐτοὺς ταῖς τῶν φιλούντων ὑπουργίαις] Dicta sunt haec verba per comparationem, quam dicunt compendiariam: res enim ipsa, ut alias persona, pro eius attributo nominatur. Memor. III, 5, 4: *τεταπείνωται μὲν ἡ τῶν Ἀθηναίων δόξα πρὸς τοὺς Βοιωτούς, ἐπῆρται δὲ τὸ τῶν Θηβαίων φρόνημα πρὸς τοὺς Ἀθηναίους.* Cic. de orat. I, 4, 15: ingenia nostrorum hominum multum ceteris hominibus omnium gentium praestiterunt.

ἐξ οὐδένων πλέονες . . . ἢ ἀπὸ] Eodem in enuntiato verbum duabus coniungitur praepositionibus. VI, 10: *περὶ ἑαυτῶν φοβοῦνται καὶ ὑπὲρ ὑμῶν.* VIII, 4: *αἱ ἀπὸ τῶν δυνατωτάτων θεραπεῖαι πλέον ἢ τὸ παρὰ τοῦ ἰδιώτου δώρημα.* Eadem ratione VII, 6 inter se opponuntur *αἱ ἐξ ἀντιφιλούντων ὑπουργίαι* et *ὑπουργίαι αἱ ἀπὸ τῶν φοβουμένων.*

3 2044 058 161 407

WIDENER
JUL 1 3 2002
SEP 1 0 2001
CANCELLED
BOOK DUE